HONORIUS AUGUSTODUNENSIS. AUGUSTINUS
12. bis 13. Jh. Seite 124r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26550
Copyright: Admont, Benediktinerstift



unitatis demonstratur. Huius quoque sancte crucis
profundum misterium pandit nobis profundum pauli
apostoli ingenium. Det vobis inquit dominus ut possitis com
prehendere cum omnibus sanctis. que sit latitudo. lon
gitudo. sublimitas. et profundum. Latitudo cru
cis ille partes accipiuntur. per quas manus distendun
tur. Per hanc latitudinem dilectio gemina in
telligitur. qua amicos in deo. et inimicos propter deum
utrumque complectitur. Longitudo vero pars illa ac
cipitur. per quam corpus extenditur. Per hanc longitu
dinem instruimur. perseverantiam in bono usque in
finem. qua qui usque in finem perseverauerit. hic
saluus erit. Sublimitas crucis. est illa pars
que capiti superemminens erat. cui titulum hebraice.
grece. et latine. conscriptum. pilatus affixerat.
Per hanc celestium spes insinuatur. qua equalitas
angelorum per crucis victoriam speratur. Profundum cru
cis pars sub pedibus notatur. que terre infixa occul
tatur. Occulta autem dei misericordia declaratur. per quam
totus mundus in una positus. ligno ne pereat. sustentatur.
Hanc crucem sequentes. dominum rite baiulant.
si se vicijs. et concupiscentijs crucifigentes.